

Nicolaus Langerhans


**Lessus, Ob Obitum Viri Maxime Reverendi ... Dn. Justi Fewrbornii, ...
Praeceptoris Et Patroni Sui Nunc desiteratissimi, Cum IIX. Idus Febr. non sine
summo omnium bonorum luctu, ex hac vita beate discessisset ... Tristissimo
animo & calamo Effusus**


Gissae Hassorum: Hampelius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn807098116>

Druck Freier  Zugang







3
L E S S U S,

O B O B I T U M

V I R I

MAXIME REVERENDI,

Amplissimi & Excellentissimi,

DN. JUSTI FEWRBORNII,

S. THEOL. D. ET PROFESSORIS IN

ALMA GISSENSI ACADEMIA SENIORIS,

celebratissimi, Ecclesiarum SUPERIORIS Hassiæ partis Darmb-
adino-Marpurgensis SUPERINTENDENTIS & de Ecclesia

JESU CHRISTI præclarissimè Meriti,

PRÆCEPTORIS ET PATRONI SUI NUNC

desideratissimi,

Cum

IX. Idus Febr. non sine summo omnium bonorum

*luctu, ex hac vitâ beatè discessisset & ipsis Idibus ejusdem Febr. dormi-
torio suo inferretur.*

Tristissimo animo & calamo

E F F U S U S

M. NICOLAO LANGERHANSIO,

S. THEOLOGIÆ STUDIOSO.

Anno c^o l^o c^o LVI.



G I S S Æ H A S S O R V M,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII,

Academiæ Typographi Ordinarii

H. 1263^a.



Joh. 7. v. 38.



cap. 4. v. 14.

Visquis homo fuerit Do-
mino confisus Iesu,
Ex ejus medio flumina
viva fluent,
Quisquis item fidei biberit
feliciter ore

Ex scatebris fontis vivificantis aqua;
Non unquam sitiet sitientes inter arenas
Deserti mundi, tristia tesqua soli.
Ast hac, de manibus Christi quam sumserit,
unda

Fons erit in caelum profilientis aqua.
Quomodo enim illius poterit sitis urere fauces,
Cujus cordis agrum fons rigat irriguus,
Cujus fecundat vitæ scaturigo perennis,
Christus per veram cor animumq; fidem.
Hunc habuit fontem viva FEURBORNIUS
unda,
Hunc in corde suo nomine reg; tulit.

Nec

3.
Nec sibi soli habuit, fluxerunt flumina viva
Ex ipso, rivi profiliere foras.

Ex multis rivis apparet copia fontis

Hujus, & ubertas interioris aqua.

Christe, tibi immense caelestem contulit Ignem Joh. 3. v. 34.

Aeternus genitor, cunctaq; dona simul.

Spiritus aeternus postquam descenderat in te, cap. 1. v. 33.
Col. 2. v. 3.

Omnes thesauros tradidit ille tibi.

Hinc Ignis merito fontem dicèris habere,

Ex quo promanant flamma calorq; sacer;

Ex quo caelestes radios in pectora nostra

Demittis, Dño corda calore fovens.

Hoc mecum si perpendo, FEURBORNIUS ille

Nomen, Christe, tuum nomine significat.

Imò etiã excelsum super omnia nomina nomen Phil. 2. v. 9.

Afferunt contra quoslibet hereticos.

Ast, eheu! nobis Magnus FEURBORNIUS ille

Ereptus, sacri Flaminis Ignepotens.

Ignipotens FEURBORN obüt, quem Spiritus

Almus

Caelitus armârat fonteq; & Igne sacro.

Terror erat strictis calamis & voce sonorâ

Hereticis, Christi Præco fidelis erat.

Non


*Non obturabat gemitus ad pauperis aures,
Educens rivos ubere fonte suo.
Est Paradisiacos igitur translatus in hortos,
Ad fontes letos, lata fluenta poli.
Ereptus terra, cæli est adscriptus in album,
Inq̄ novis Solymis incola civis agit;
In quibus est fluvius vivis purissimus undis,
Puro crystallo splendidiorq̄ vitro,
E medio saliens solio Genitoris & Agni;
Æternum Flamen quem reor esse Dei.*

F I N I S.



Fr. Koppin,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche





15
*ulsi properam gemis
ilem tempore languidi
erat, natio dum gemit
us Gwestphala Gens geme!*

uoq; obitum Beatissimi Dn, D. FEUR-
BORNII luxit

GEORG. Grevel Susatò. Gwestph.

XI.

sem tanto pro funere versum
el tristes exprimere hîc lacrymas!
id enim vel tristius unquam
ua res tristior esse potest:

nomento sustulit uno

itâ Nestoris ipse fuit:

DOCTOR FEURBORNIIUS, Eheu!

mper nobilis ingenio,

stus, tumulus tua membra reservat

nus luxerit orbe dies.

Lugebundus fecit

Johannes Fridericus Arcularius,

Waldecco - Westphalus.

XII.

m dirum & miserabile lei hum

obis pulchra corona virûm

ns DOCTOR FEURBORNIIUS Eheu!

rum religionis erat

Pa.